

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De
Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

Puente, Luis de la

Coloniae, 1614

Med. 27. De Colapho, & remissione ad Caipham.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](#)

*Ita Cyr. lib.
11. c. 37.*

rum fidelitate potuerit gloriari: imo (ut quoniam meditantur) quod Iudas adesset, qui & pactam pecuniam; quae ad Annam, ut solvere cur, remissa erat, expectaret; & pro ipsius discipulo, et si infelicissimo, agnosceretur, sua quae illa infausta praesentia multum Magistro detraheret: quod totum non parum ipsum Salvatorem cruciabat. O magister amantissime, ne quælo permittas me ab ea fidelitate degenerare, quam tibi ut fidelis discipulus debeo, neb coram Patre tuo & Angelis eius erubescas me, tuum esse, consideri, Amen.

b Lyc. 9. 26.

MEDITATIO XXVII.

DE ALAPA CHRISTO DATA,
& eius ad Caipham mis-
sione.

PUNCTVM I.



NVS assens ministrorum dedit
alapam I E S V, dicens: sic respon-
dens Pontifici?

Ioan. 18. 22.

PERCUSSION & alapa haec,
fuit prima iniuria Christo, apud
Annam Pontificem, ab eius ministris illata,
ideoque insolens, ut S. Ioan. non putauerit
silendam; sed singulariter exprimendam, qua-
tuor habuit circumstantias.

V 3

PRI-

I.

PRIMAM, quod fuerit crudeljs data, irato satellite; & animo vlciscendi iniuriam Domino suo, vt ipse iudicabat, illatam; & via, eiusdem sui Domini voluntatem ad se tranhendi; ac circumstantibus placandi,

II.

SECUNDAM, quod valde fuerit ignominiosa, ut pote in tot nobilium & grauum virorum praesentia tali homini data, quies usque fuerat venerationi & honori omnibus de cuius vultu talis splendor emicabat, ut non perturbato animo eum aspicientes, ad reuerentiam permoueret,

III.

TERTIAM, quod fuerit omnino iniusta, ut potè intuitu vindictæ, &, ad calumniosimprobandam responcionem prudenter, data à temere iudicante, eam fuisse minusculæ, & contra autoritatem Pontifici debitam

IV.

QUARTAM, quod fuerit ab omnibus presentibus approbata; nemine pro Christo respondentem; nec scelestissimi illius furorem reprehendente; ideoque via aperta fuit, ut ali eius exemplum secuti, simile quid attarent. Asperce itaq; anima mea Saluatoris tuus vinerandam illam faciem, furenti illo satelliti ictu percussam: roseo rubore, ob naturalem pudorem, suffusam, ob grauem adeo acceptam iniuriam; & erubescensem torum ob circumstantium inimicorum exultationem & cachinnos: erga quem compassionis affectum concipe, dum colophizatum vides eum, huius quem desiderant Angeli prospicere! O fili Dei viui, c splendor gloria, & figura substantiae eius,

b. I. Pet. 1. 12

c. Heb. 1. 13.

quis in tua diuina facie signum posuit & figura-
tam detestandæ manus? O Pater xterne,
respice in faciem Christi filij tui digitis signa-
tam scelestissimi ministri! Et siquidem ille
hanc tantam iniuriam pro peccatoribus suf-
fert: sustine & tu eosdem: parcens eis intuitu
corum, quæ ille pro eisdem sustinuit.

P V N C T V M II.

RESPONDIT IESVS: si male locutus a Ioa. 18. 23.
sum, testimonium perhibe de malo: si au-
tem bene, quid me cædis?

PER P E N D E hic primum insignem pa-
tientiam & mansuetudinem, quam Christus
Dominus, tanta accepta iniuria, conseruavit
in animo suo! Nam quamvis dignus ille sce-
lestus esset, quem ignis de cœlo descen-
dens combureret, aut dehincens terra absor-
beret, aut eius manus, vt olim Ieroboam,
cum suam ad verum Dei Prophetam tenen- b 3 Reg. 13.
dum extendisset, exaresceret; Et Christo fuis- 4.
set facilè, eum hisce vñ similibus poenis ca-
stigare: nihil tamen tale voluit; sed illatam
iniuriam, tanta vultus serenitate tulit, vt pre-
tulerit animi promptitudinem, ad similem
alapam in altera maxilla, & innumeræ alias
sustinendas. O IESV dulcissime, verè Pro- c; Reg. 22.
pheta, qui, ob dictam veritatem, vt alter c Mi- 24.
heus: per usq[ue] fuisti in maxilla, cum idum
admiranda patientia & macule udine ferens;
fac me h[ab]i[re]rūm virtutum participem, vt illatis
mihi iniurias feram, sine animi perturbatione,
aut vltione.

I.

V 4 SED

SED & hic illud perpendendum, eundem Christum Dominum; qui alias optimè nouit & tacere & dissimulare sannas, nunc mansuetissimè quidem, sed voluisse tamen rationem sui reddere, ne putaretur iniuria Pontificem afficere; eademq; opera offendorem suum corrigeret; quod suum ille peccatum agnosceret, dicens illi: *Si maledicimus sumus, testimoniū perhibe de malo*; prius quam me castiges; cum non tu iudex sis, sed testis; *Si autem bene, cum me cedas, contra fas, meq; notas quasi incūlē & irreuerentem?* Quæ ratio, cum re ipsa conuinceret, non tamen admissa fuit, nec illius liqua ratio habita, ut aliquid pro ipso valere, ut ego hinc discam, patienter ferre, si quando meæ rationes non audientur, nec admittentur; sed contemnentur potius. O Iesu amabilissime, cui familiarissimum fuit, bene semper loqui & *din cuius ore non inueniuntur est dolus*, & multò minus mendacium; & de quo verissimum scriptum est: *e Nunquam sic locutus est homo*. Gratias tibi ob iniurias doloresq; quibus bene loquens afficeris, in poenam culparum meorum, quas male loquens admisi: concede mihi, quæso, semper loqui, quæ tibi sunt grata; etiam si eadem sint hominibus ingrata, quorum propter ea calumnias simi subiutorus.

d. Pet. 2. 22

c. Ioa. 7. 46

PVN

PVNCTVM III.

MISIT a Annas I E S V M ligatum ad Caipham Pontificem.

^{a Ioan. 18.}
^{24.}

I.

PERPENDENDA hic primū est resolutio siue decretum Annæ & Seniorum, qui cum illo erant, vt CHRISTVS Dominus ad Caipham duceretur, qui Pontifex erat legitimus q; iudex huiusmodi causarum, ad quem hac de causa conuenerant Sacerdotes, Phari sei, & alij Seniores, quod simul omnes hanc tractarent. Ait vero Euangelista, quod Annas ligatum miserit, videlicet tanquam reum: & forte secundò illum ligari iussit, duplantes eius vincula, ne aut euaderet ipse, aut alij e manibus ducentium eriperent, eò quod per medianam ciuitatem deducendus esset. O mansuetissime agne, cuius charitas, et si fortius ligatus à primo hoc concilio ex eas, ad secundum deducendus; non propterea est imminuta; potius eadem te stringit premitque amplius recentibus patiendi desiderijs, vt illi à grauissimis culpis suis liberentur, qui te crudelibus adeo funibus ligant. Auge in me, Domine, labores; modò simul augeas, eos ferendi desiderium & amorem.

DEINDE perpendenda est defatigatio & igomina eiusdem Christi Domini, in secundo hoc itinere: cùm per medianam ciuitatem, festinanter, & militum ac ministrorum clamoribus duceretur: multa turba prodeunte ex do-

V 5

mibus

II.

demibus suis, ut viderent, quid tanti clamores & tali hora sibi vellent: quorum multi ad milites sese adiunxerint, ut eos iuuarent, iniurias Christo inferre, immemores beneficiorum, quæ ab eo antea accepissent: Ipso interim benignissimo Domino, nihil vel de pace sua vel de charitate in eosdem remittente; sed sese offerente ad patiendum iniurias à multis, pro salute omnium. Quamobrem dignus omnis est, qui ab omnibus per infinita secula, glorificetur. Amen.

MEDITATIO XXVIII.

DE TRIPLOCI S. PETRI
negatione.

PVNCTVM I.

a Matt. 26.

58.

a Marc. 14.

54.

a Luc. 22.

56.

b Ioan. 18.15



OSTQVAM discipuli fugissent
a Petrus sequebatur IESVM
longè b & alius discipulus, (S. Io-
annes) qui erat notus Pontifici, &
introiuit cum IESV in atrium
Pontificis: & ingressus ejam postea Petrus, u-
cedens ad alios ministros, calefaciebat se, quia
frigus erat.

PERPENDE, per quos gradus peruenierit
Petrus ad negandum Christum, ut in alieno
capite accipiens experimentum, cautior eua-
das, & pericula fugere discas.

PRI-